



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Flores Directorii Inqvisitorvm

Bariola, Luigi

Mediolani, 1625

Consolivm Vigesimvmseptimvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11434

Vigesimum sextū, & Vigesimū septimū. 355

3. cap. 2. I. Franciscus Suarez tomo 5. de Censuris in explicatione Bullæ Cœnæ, casu 17. Adde præfatum Feudarium in aliam censuram incidisse nimurum in illā, quæ habetur in Concilio Tridentino sess. 22. cap. 11. de Reformatione. Prætor autem famuli, & alij cooperatores non videntur incidisse, quia excommunicatione lata contrafacentes aliquid non includit procurantes, consulentes, aut mandantes, nisi per alia iura id declaretur; & præcipue, quia dispositio Bullæ est penalis, quæ non debet extendi de uno casu ad alium. cap. pœnæ, de pœnit. dist. 1. Sed contrarium verius est de iure, videlicet, quod Prætor, famuli, & alij cooperatores in eandem excommunicationem inciderint. Ita Sylvest. verbo excommunicatione n. 73. Tabiena eodem verbo sexto. n. 12. Toletus ubi supra n. 15. Gregorius Sayrus ubi supra cap. 18. n. 3. rationibus, ut ibidem.

CONSILIVM VIGESIMVM SEPTIMVM.

AN Decuriones teneantur obedire Principi si aliquando præciperet aliquid præjudiciale Ciuitati, & repugnans Priuilegijs Ciuitati concessis ab Imperatore, vel à Rege.

Respondetur negatiuè, & pro veritate conclusio-
nis videndus:

D.Tho.2.2.q.96.art.4. in corp. Item 2.2.quæst.96.
art. 10. circa finem, & quæst. 12.art.2.ad primum, &
quæst. 43.art.8. o. & quæst. 66.art. 8. ad secundum, &
quæst. 96.art.4. circa finem. Item quæst. 104.art.6. o.
Item 2. sent. distinct. 44. quæst. 2.art.2. o. Item quolib.
2. artic. 9. Docet enim Christianos teneri obedire

Prin-

Principibus secularibus si habeant iustum dominium,
 & si licita præcipiunt, idem habetur 11. quæst. 3.
 Can. Non semper, & de Sim. cap. Ne Dei, Monal-
 dus in summa ver. Obedientia. D. Thom. 2. 2. quæst.
 104. art. 5. & in cap. 13. ad Rom. tradit, quod mul-
 ta sunt, ad quæ superior subditum obligare non po-
 test: quale est, cum præcipit contrarium præcepto
 Superioris iubentis, scilicet Dei, Papæ, Ecclesiæ, aut al-
 terius Superioris, & hoc idem habetur C. Si Domi-
 nus, cap. non semper 11. quæst. 3. Nauar. in Manual.
 Confess. cap. 23. num. 38.

Accedit, quod 11. quæst. 3. Can. Qui resistit habe-
 tur, quod cum duo Iudices præcipiunt contrarium,
 maiori semper est obediendum. Hoc idem adstruit
 D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 5. & quæst. 105. art.
 2. & 2. sentent. distin. 44. Item 2. 2. quæst. 69. art. 3. ad
 primum, & 2. sent. dist. 25. quæst. 2. art. 1. Cardin.
 Toletus in Instit. Sacerd. tract. de septem peccatis mor-
 tal. cap. 15. Ita Panormit. in cap. Inquisitionis, de
 senten. excommunic. & Io. Andr. cap. Cum à Deo,
 de rescript. Ad vulgatam illam Regulam, quod om-
 nia sunt Principium. Respondet D. Thom. quolib. 12.
 art. 25. in fin. intelligendam quoad dandum alijs, vel
 sibi, siquidem leges, & decreta Principium, quibus
 subditorum facultates, vel pro se, vel pro alijs extor-
 quent, sunt leges tirannicæ, nec absoluunt in con-
 scientia, art. 8. Adde illud, quod colligitur ex D.
 Thom. Opuscul. 20. lib. 3. cap. 11. & ad Roman. cap.
 13. lect. 1. in fin. sub litera G. Princeps non potest au-
 ferre bona subditorum, nisi ratione delicti, aut ratio-
 ne communis boni.

CON-